

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Prelacio af cum fonte primo

Quid nos, o pastores, agimus qui et mercedem consequimur et tamen operarii nequaquam sumus? Fructus quippe sancte ecclesie in stipendio cotidiano percipimus sed tamen pro eterna ecclesia minime in predicacione laboramus. Pensemus cuius dampnacionis sit sine labore hic percipere mercedem laboris. Ecce ex oblatione fidelium uiuimus; sed quid pro animabus fidelium laboramus? Illa in nostrum stipendium sumimus que pro redimendis peccatis suis fideles obtulerunt, nec tamen contra peccata eadem uel oracionis studio uel predicacionis, ut dignum est, insudamus.

Gregorius omelia XVII. super illud:
Dignus est operarius mercede sua.

Sed quid nos, quod tamen dicere sine dolore non possum,
quid nos, o pastores, agimus, qui et mercedem consequimur, et tamen operarii nequaquam sumus? Fructus quippe sanctae ecclesiae in stipendio cotidiano percipimus, sed tamen pro aeterna ecclesia minime in praedicatione laboramus. Pensemus cuius damnationis sit sine labore hic percipere mercedem laboris. Ecce ex oblatione fidelium uiuimus, sed quid pro animabus fidelium laboramus? Illa in nostrum stipendium sumimus, quae pro redimendis peccatis suis fideles obtulerunt, nec tamen contra peccata eadem uel orationis studio uel praedicationis, ut dignum est, insudamus.

Gregorius Magnus, *Homiliae in euangelia*, 17, 8 (CCSL 141, R. Étaix ed., p.122, ll.138-148).